

XV.

montes & colles exilient atque cantabunt. & omnia ligna agri cui benedixit dns.
plaudent ramis & manibus concrepabunt. SEOCTIOBN quoque & KONZA siue sal
unca culata & urtica inabile uertentur: admirtum & caparissum & CTOIB juxta symma
chum & lxx. in hebreo scribitur HEDYSVS. quam maqula & theodotio. KANZAN. herba
illissima & amara: odorisque pessimi. Vbi autem. lxx transtulerunt. KANZAN
quem hebraico dicitur. RAPSOD. symmachus uertit urticam. utcumque se habeat nomi
num proprietas. hoc dicendum est. quod mala uertantur in bona. & pro urtis nascantur
myrtus. id est proximitate iustitia. pro temeritate fortitudo. pro luxoria
temperantia. pro stultitia prudentia. demus exemplo maiorum. Matheus
& Zacheus publicani salunca erant. CTOIB & stirpes mutiles. & KONZA
amari saporis & odoris tbeerrimi dicentes. Computruerunt & corruptae sunt
cicatrices meae a facie insipientiae meae. Ipse in apostolos repente mutati facti
sunt cypressus & abies & mirtus odoris optimi. & in uaria opera necessaria. Pau
lus quoque persecutor ecclesiae. quando audiebat adhuc. saule saule quid me po
sequeris. durum tibi est contra stimulum calcitrare. Vrticae erat. habens perse
cutionis aculeos. Quando autem in toto orbe euangelium praedicauit & dicere
poterat. xpi bonus odor sumus. recte cypressus appellatur. & myrtus mer & ricest
& publicani praeuenient pharisaeos in regnoc. & latro de cruce transit in paradisum.
Ergo illud quod in euangelio dicitur. non potest arbor bona facere fructus malos. nequa
quam refertur ad naturae proprietatem. ut bere & ici uolunt. sed ad mentis arbitrium.
Denique infertur. aut facite arborem bonam & fructus eius bonos. ex quo perspicuum
est unumquemque propria uoluntate facere animae suae bonam uel malam arborem
cuius fructus uariisunt. Sequitur. & erit dns in nomen & in signum sempiternum.
quod non deficiet his quidem malo commorati fuerint in bono. Erit dns in nomen & in
signum aeternum. ut ex ipsius appellentur nomine xpiani. & crucis eius in uran
tur cauterio. De quo signo symeon tenens ulnis parvulum. loquebatur. hic erit
in ruinam & in resurrectionem multorum. & in signum cui contradicitur. De quo
supra dictum est. Dabit uobis dns signum. & ipse cantat in psalmo. fac mecum signum
in bonum. & ipse qui signum est. Cum uiderit autem signum filii hominis quod non deficiet
& per nullo fine mutabitur. sed in praesenti conuersatione transit in futurum.

Haec dicit dns custodite iudicium & facite iustitiam. quia iuxta est salus mea ut ueniat
ut ueniat. & iustitia mea ut reuelatur. hoc. pro iustitia misericordia transtulerunt
caetera similiter. gentium uaticinio terminato. quae in aduentu sermonis de salun
cula & urtica in cypressum mutata myrtus quae sunt. Loquitur esaias ad illius temporis
auditores. ut faciant cuncta quae recta sunt. & parent se aduentui saluatoris. Quia ipse est iustitia & misericordia. Sienim cogitationes iustorum
iudicia sunt quae exercitatos sensus ad discretionem boni uel mali habere